



## **Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina**

**Pirhing, Ehrenreich**

**Dilingæ, 1690**

§. II. An per privilegium concessum alicui monasterio, ut fructus Ecclesiæ sibi subjectæ in suos usus possit convertere, Ecclesia illa censeatur eximi à jurisdictione ordinariorum?

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

ordinatio longo tempore censum annuum persolvit, merito presumitur, quod fiat hac solutio in signum subjectionis ob fundatam in jure intentionem Episcopi, in omnes Ecclesias suæ Diocesis.

## §. II.

*An per privilegium concessum alicui monasterio, ut fructus Ecclesia sibi subiecta in suos usus possit convertere, Ecclesia illa censetur eximi à jurisdictione ordinariorum?*

**R**espondetur negativè, prout sumitur ex cap. Pastoralis 19. h. t. & hinc colligitur, sicuti non possunt religiosi tales fructus Ecclesiarum sibi subiectarum in proprios usus propriâ auctoritate convertere, sine licentia Papæ, vel saltem Episcopi, & consentientis Capituli, ex justa causa, ita etiam si hæc licentia circa fructus tales illis concedatur, ut tamen possessionem, & perceptionem, ac administrationem talium fructuum acquirat, indigebit auctoritate ordinarii, immittentis in possessionem.

## §. III.

*Proponuntur alia quæstiones quædam circa privilegia exemptionis à jurisdictione ordinariorum.*

**P**rimò satis certum est, eum qui exemptus est respectu certi loci, vel certæ rei, non ideo etiam exemptum esse respectu alterius loci, vel rei, uti habetur ex cap. Cum Capella 16. h. t. tale enim privilegium respectu certi loci aut

rei concessum reale potius, quam personale censendum est, restrictio scilicet ad certum locum, &c. Secundò satis certum est, quod per exemptionem à jurisdictione concessam monasterio, non censetur etiam Capellæ exemptæ, sive Ecclesiæ eodem monasterio subiectæ (nisi specialiter etiam hæc exemptæ essent, vel essent per jure unitæ monasterio) cum privilegio exemptionis, odiosum ordinariis, cædendum non sit: & quævis pars commune juris effectum, de concessione illius sit iudicium, & eodem jure certis debeant totum, & pars, non proculdubio hoc in odiosis, & exorbitantibus, quæ non sunt necessariò cunctis de iure parabilia. Et hinc fieri potest, ut Prælati, qui ratione exempti monasterii quædam non agnoscat Episcopus, eorum tamen ut legitimo iudice hoc cognoscere debeat, si ratione Capellæ exemptæ conveniatur. Tertiò satis certum videtur, quod exempta Ecclesia, quæ collegium habet, exempti etiam conventus Prælati sive Abbas, Canonici, Monachi, & alij ministri Ecclesiæ talis, non tantum Presbyter, qui curam Parochianorum habet, quoad ea talium parochianorum curam pertinent; nec Parochiani ipsi censentur exempti cap. presump. q. 1. h. t. in 6 Exemptis tamen licentia ut Clericis talis Ecclesiæ, non censetur exempta Ecclesia, prout dicitur cap. habetur, illud quidem, quia sub iudicio Ecclesiæ hi tales veniant, hoc autem à odiosam ordinariorum potestati exemptionem restringendam.